

Johann Gabriel Pries

**Cum Ad Jussum Serenissimi Ducis, Principis Ac Domini, Domini Christiani Ludovici, Ducis Regnantis Megapolitani ... Festum Seculare II. Compositionis Passaviensis, Et Pacis Augustanae Anno MDLV. Die XXV. Septemb. Religioni Datae In Terris Meclenburgicis Solennissime Celebraretur ... Praevia Hac Commentatione De Syriaca N. T. Paraphrasi, Quam Ferdinandi, Imperatoris Rom. Designati Jussu Johannes Albertus Widmanstadius Viennae MDV. Primo Edidit, Omnium Ordinum Mæcenates & Patronos ... Et Simul Ad**

Gustroviæ: Typis Johan. Gotth. Fritzii, [1755]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1823516718>

Druck Freier  Zugang



4°

Fries  
De Lyriala N. T. para-  
phrasi.

1755

B. IV.  
398-4°

BbIV  
398 -40

Güstrow 1755.

CUM  
AD JUSSUM  
SERENISSIMI DUCIS, PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI

**CHRISTIANI LUDOVICI,**

DUCIS REGNANTIS MEGAPOLITANI, PRINCIPIS VETUSTAE GENTIS HE-  
NETAE, SUERINI, AC RACEBURGI, COMITIS ITEM SUERINENSIS,  
TERRARUM ROSTOCHII AC STARGARDIAE DYNASTAE,  
DOMINI NOSTRI ET NUTRITORIS HUIUS GYMNASII  
LONGE CLEMENTISSIMI

**FESTUM SECULARE II.**

**COMPOSITIONIS  
PASSAVIENSIS,**

ET

**PACIS AUGUSTANAE**

ANNO MDCLXXV. ME XXV. SEPTEMB.

**RELIGIONI**

DATAE

IN TERRIS MECLENBURGICIS SOLENNISSIME CELEBRARETUR;  
HUNC RELIGIONIS CULTUM PIE IMITATURUS,

PRAEVIA HAC COMMENTATIONE

DE SYRIACA N. T. PARAPHRASI, QUAM

**FERDINANDI,**

IMPERATORIS ROM. DESIGNATI IUSSU

JOHANNES ALBERTUS

**WIDMANSTADIUS**

VIENNAE MDCLXXV. PRIMO EDIDIT,

OMNIUM ORDINUM

MÆCENATES & PATRONOS

AD SOLENNIOREM ORATIONEM:

*DE EO, QUOD IN HISTORIA PACIS RELIGIOSAE  
AUGUSTANAE DIVINUM EST,*

SEXTO NONARUM OCTOBR. CIRCA HORAM X. INTER  
CONCENTUS MUSICOS HABENDAM,

ET SIMUL

*AD ANNIVERSARIUM EXAMEN*

QUINTO NON. OCTOB. INCHOANDUM,

EA, QUAM SINGULIS DEBET,

OBSERVANTIA INVITAT

**M. JOHANNES GABRIEL PRIES,**

DUCALIS GYMNASII GUSTROVIENSIS RECTOR.




GUSTROVIÆ,

TYPIS JOHAN. GOTTH. FRITZII, SERENIS. PRINC. TYPOGR. AUL.

(1755)





Syriacam N. Tti. versionem, si non reliquis paraphra-  
sibus, quotquot in ecclesia orientali olim in usu  
fuisse constat, praeripiat palmam, in eodem tamen  
pretio habendam esse, Criticorum ne ullus qui-  
dem in dubium vocare hucusque fuit ausus. At vero quo eadem  
sit confecta tempore, lis adhuc est sub iudice. Sunt, qui *Gregorii  
Bar Hebraei* sententiae, quod tempora *Thaddaei Apostoli* tangat, teste  
*Assemano in Biblioth. Orient. Tom. II. pag. 229*, suum addunt calcu-  
lum. \* Suam hanc fecit sententiam *Jacobus Martinus in Praefat. N.*

) 2

T. Sy-

\* Celeberrimus Profess. Joh. Dav. Michaëlis in der Einleitung in die göttli-  
chen Schriften d. N. B. pag. 198. ex *Assemano* l. c. Tom. II. pag. 486.  
mentionent iniecit quatuor Euangeliorum Syriaci MSSi, in cuius calce  
haec notatu digna leguntur verba: Es war ein altes zu Edessa geschrie-  
benes Evangelium, das aber doch noch leserlich war. Es war nicht ein  
einiges Jota ausgelöschet, und man konnte es besser lesen, als einige neuere  
Bücher. Nur fehlten wegen des Alters die zehn Anfangs-Blätter. An  
dessen Ende stand folgende Unterschrift:

Es ist dieses heilige Buch am Mittewochen nehmlich am acht-  
zehnten Tage des ersten Monats *Canum* (d. i. des Decem-  
bers) im Jahr 389. (der Griechen d. i. in dem Jahr Christi 78.)  
geendiget, durch die eigene Hand des Apostels *Achaeus* eines  
Gehülfen des *Mar Maris* und Schülers des Apostels *Mar  
Adai*, dessen Gebet für uns sey. Amen.

) 2

Nec

T. Syriaci Trostii Cothenis Anbaltinorum anno 1621. emisit, ubi scribit, arrige ergo aures, Cenfor, quisquis es, cuias es, qui cerebrum non in calcaneo, sed capite geris: versio est haec Syra; sed omnium prima & antiquissima: versio est, inquam, sed omnibus aliis ut probator, & plenior praeferenda: versio est, adhuc dico, sed vel alicuius ex Euangelistis, vel omnino illorum, qui Antiochiae habuerunt ipsos Apostolos praesentes, quos de locis multis obscurioribus consulere & audire potuerunt &c. Idem quoque de eiusdem antiquitate versionis sentit *Wolfgangus Franzius* in *Tract. de Interpret. Script. S.* pag. 46. Dubium non est, inquit, Apostolos & Apostolicos studiosissime inquisivisse formalia Christi verba, & ea in ista versione ponere, sacro sancto quodam labore studuisse. Fatendum utique nobis erit, haec & plura alia, quae adduci possunt, testimonia minus carere verisimilitudine sua historica. Absona autem & inconueniens est sententia, quam adfert *Guido Fabritius Boderianus* in *Praef. ad Syriac. N. T.* Parisiis anno 1584. impressum. Per litteras inquit, se ex *Guilielmo Postello* accepisse, quod Syri ex auita traditione credant, *Marcum Euangelistam*, D. Petri discipulum, & sectatorem non modo suum Euangelium, sed & caeteros omnes N. T. libros lingua patria, h. e. Galilaea, Syriave transtulisse. *Johannes* enim iam senex, occasione enatarum *Cerinthi* & *Ebionis* haeresium post reditum ex exilio, triginta fere annis post *Marci* obitum suum scripsit euangelium, ut testantur Auctores gravissimi, *Athanasius*, *Hieronymus*, *Epiphanius* aliique. Quid? quod MOSES MEREDINAEUS (Syrus sacerdos ex Mesopotamia missus Romam, ut testamenti Syriaci volumen MSSum typis excusum transportaret in Syriam) quemnam putaret scripsisse lingua Syra Nouum illud Testamentum, interrogatus, respondisse dicitur, se ignorare auctorem. Confer. *Vergerius* Libr. III. contra *Card. Hosium*. Satis hinc liquet, inter ipsos Syros non auitam, eamque tam familiarem de *Marco* auctore N. Tti. Syriaci fuisse traditionem. Ad veritatem propius accedunt, qui, quis sit textus Syriaci auctor, non cum certitudine determinaturi, eam iam seculo quarto in usu fuisse contendunt. Rationes, quibus ipsorum firmatur sententia, adeo sunt certae, ac verisfi-

Nec praetereundum est testimonium SOADEDI, Episcopi Hadethensis in libro antiquissimo, qui inscribitur: *Locorum difficultum & vocum obscurarum in sacris litteris occurrentium elucidatio*. Citat eum GABRIEL SIONITA in *Praef. Psalt. Syr.* & ex eo haec refert: Sacrorum librorum translatio hunc ordinem est adepta. Pentateuchus, Josua, Judices, Ruth, & Samuel, Dauid, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica Cantorum, & Job, translati fuerunt tempore Salomonis, orante Hiram, Rege Tyri. Reliqui vero libri V. pariter ac N. T. tempore Abgati Regis Syriae, cura & sollicitudine *Thaddaei*, aliorumque APOSTOLORUM.

verissimae, ut, illa reiecta, de veritate historica utique fuerit actum. Jam *Hieronymus*, quem omni exceptione maiorem citamus testem, testatur, Syriacam versionem in ecclesia Syriaca esse publice praelectam, vid. *Brian. Waltonus* in Proleg. pag. 91. Et quod notatu dignum est, ipse *Ephremus Syrus*, quem circa annum Christi 370. vixisse constat, provocat ad versionem Syriacam in operibus suis Romae editis Tom. I. pag. 18, 37, 137. seqq. Quae contra antiquitatem huius versionis monuit *M. Bernh. Petr. Karl* in *Dissertat. de Versione Syra Novi Dn. J. C. Testamenti Rostochii* anno 1698. habita, aut feriunt versionem Veter. T., aut sunt adeo leuioris momenti, ut vix digna fuerint resolutione. *WETSTENIUS* in Proleg. in N. T. in numero Scripturae S. locorum a Syro Interprete corruptorum habet Apocal. Cap. VIII., v. 13, ideoque non sine causa ignorantiae a celeb. Prof. *Michrël*. l. c. pag. 204. fuit accusatus. In antiquis enim MSSis ac editionibus, quippe initio nascentis ecclesiae dubitatum fuit de nonnullorum librorum N. T. diuina auctoritate, historiam mulieris adulterae Joh. Cap. VIII, secundam epistolam *Petri*, secundam & tertiam *Johannis*, epistolam *Judae*, & *Johannis* Apocalypsin defuisse, inter omnes constat. Suppleuit autem superiori seculo ex Bibliotheca Scaligeriana *Joannis* Apocalypsin *Pocockius* Lugd. Batav. 1627. & historiam mulieris adulterae, secundam epistolam *Petri*, secundam & tertiam *Johannis*, atque epistolam *Judae*, ex Bibliotheca *Bodleiana* Ludov. de *Dieu* edidit Lugd. Batav. 1630. Conf. contra *Wetstenium* Prof. *Michaelis* *Einführung* pag. 204, & Eiusdem Curae in *Versionem Syriacam Actuum Apostolicorum Gottingae* 1755. emissa.

Hunc orientis thesaurum adire Europaeis ob litterarum Syriacarum ignorantiam per multa secula datum non erat; donec tandem Summi Numinis prouida cura praeclarae huius linguae fundamenta, eaqve exilia Romae *Leone X.* Pontifice, cuius aetate Ecclesiae reformatio cepit initium, ponerentur. Cum enim ad Concilium a *Julio II.* Pontifice R. conuocatum, & in Laterano habitum, ex Syria *ACURIUS*, sacerdos, *MOSES*, Monachus Diaconus, & *HELIAS* Hypodiamon Legati eo missi fuissent; Vir quidam ultra aetatis istius modulum sapiens *THESEUS AMBROSIUS* Albonessii Regulus, Juris Consultus hanc occasionem ab ipsis Syriacas litteras discendi negligere noluit, verum ut iis imbueretur, omnem intendit operam, imbutus huic studio soli reliquos vitae suae annos dedit. Ab hoc *THESEO WIDMANSTADIUS* quantum profecit, ipse commemorat in Praefat. in N. T. pag. 16. seq. Cum ego, inquit, Christianae salutis anno MDXXIX. in Diui Caroli Caesaris inuictissimi, sacri Diadematis causa Bononiam proficiscentis comitatu essem, & mihi, contubernalibusque meis, Regii Lepidi, a metatoribus hospi-

hospitium, iuxta cœnobium, ubi *THESEUS* iam senex vitam agebat, forte attributum fuisset, postridie eius diei templum ingressus, venerandum senem casu obuium salutavi: qui ut me de Cœnobii Bibliotheca rarisque in ea libris sciscitari intellexit, e vestigio in conclaue introduxit, & arreptis e pluteo sacrosanctis Euangelii syriace scriptis hospes, inquit, ingemiscens, peregrinis his studiis deditus sum annis circiter XV, eaque sine riuali ad hanc diem amaui. Utinam obueneat mihi aliquando prompto paratoque ingenio Vir, qui sermonem hunc Jesu Christi sanctissimis labris consecratum, posteris tanquam per manus tradendum, nam aetas mihi prope iam exacta est, a me accipere velit. Cui ego, Pater, inquam, si paucarum horarum operae parcere nolueris, auditorem me habebis in hac ipsa expeditione expeditissimum. Quo audito *THESEUS*, omnes in ea lingua thesauros, multo sudore sibi comparatos, manuque sua quantum angustia temporis, ingeniiq; mei vires tum ferebant, ex commentariis suis descripsit, & mihi ea obtestatione suppeditauit, ut quo me beneficio tum complecteretur, id olim apud ecclesiam Jesu Christi collocarem &c. Nec *THESEUS* desiderio suo ac spe fuit destitutus. Hic enim orientalium linguarum Patronus *WIDMANSTADIUS* totus in eo occupatus erat, ut Syrorum sermo aequè ac Arabum in Christianas Scholas tandem aliquando introduceretur. Circa annum itaq; MDXXXIII. id egerat magno conatu apud *CLEMENTEM VII.* Pontificem R. auctoritate quidem *SCHOMBERGII Capuani* Antistitis, quae summa erat, suffultus, ut sibi locus *THESEI* desiderio satisfaciendi daretur; sed impeditus mortis iniuria, qua Pontifex eripiebatur. Commoit idem, anno a Clementis VII. obitu decimo, qui erat MDXLIV, *MARCELLUM CERVINUM* Pontif. M. ut *PETRUM GHALINUM* Damascenum Diaconum in Germaniam mitteret, ut ipsi in orientalibus studiis excolendis constitueretur adiutor. Ast deterrebant *NOSTRUM* ficarii nonnulli a pessimo quodam homine conducti, qui capiti ipsius insidias fecerunt. Saepe prohibitus, Magistratu in *OTHONIS*, amplissimi Romanae Ecclesiae Senatoris, Augustaniquè Pontificis ditione, abire, & omne tempus ac otium edendo N. T. Syriaco in praediis suis ad Danubii ripam destinare constituerat. Sed exortum subito ciuile bellum a Gallorum Rege in germania motum, quo grauiter adflictus, de priuato otio pene desperare iussit. Nihilo tamen minus, postquam, regnante *FERDINANDO* Imperatore, meliora expertus est fata, cuius clementia ad Senatoriae dignitatis gradum anno MDLII, atq; inde ad Magistratum, quo amplior togato homini in Austriae Orientalis regno mandari non potest, euehebatur; de promouenda linguae Syriacae notitia denuo cogitabat. Cum igitur haec volveret animo, occurrit ei *MOSES MEREDINAEUS*, ab *IGNATIO*, Patriarcha Jacobitarum Antiocheno

cheno, praecipue ut N. T. prelo excusorio multiplicatum in Syriam reportaret, Romam missus. Qui cum neque Romae, neque Venetiis quemquam reperisset, qui arduum hoc opus aggredi vellet: proficiscitur, consilio nonnullorum persuasus ad *WIDMANSTADIUM*, qui exposita Imperatori rei causa, ipsius iussu atque sumptibus N. T. typis nitidissimis imprimi curavit. Inscribitur, „Liber „sacro sancti Evangelii de Jesu Christo, Domino & Deo nostro. Reliqua hoc codice comprehensa pagina proxima indicabit. Div. „*FERDINANDI* Rom. Imperatoris designati iussu & liberalitate, characteribus & lingua Syra Jesu Christo Vernacula diuino ipsius ore „consecrata, & a Joh. Euangelista Hebraica dicta, Scriptorio prelo „diligenter expressa. Principium sapientiae, timor Domini, „ In caute vero integri operis haec legimus. „In urbe Vienna amplissimarum Orientalis Austriae Prouinciarum Metropoli florentissimama ad exitum perductum est diuinum hoc opus anno a Christi natiuitate MDLV. xxvii. Sept. Regiis impensis. *Caspar Craphtus* Eluangenensis, Sueuus, characteres Syros ex Norici ferri acie sculpebat. *Michael Cybermannus* prelo & operis suis excudebat. „ Plura qui legere cupit, eum remittimus ad *RICH. SIMON HIST. Crit. des Vers du N. T.* pag. 171. *M. JOH. HENR. LYSII* Dissert. de historia linguae Syr. *Nachrichten von einer Hallschen Bibliothek* Tom. I. pag. 91 - 96; & *Andr. Gottl. Maschii Historiam Johannis Alb. WIDMANSTADII Bibliothecae Lubecensis* Vol. VI. pag. 53. seqq. insertam.

Quum haec omnium antiquissima versio praeclaros praestet usus sanctioribus studiis; non casu aliquo id factum putamus, sed Dei prouidentia, qui caelum terramque sapientissime gubernat, ut eo tempore, quo de religione res in Germania agebatur, eoque ipso anno, quo pax ac libertas data fuit sanctissimae veritati in comitiis Augustanis, ac cuius hic annus secularis est secundus, ad nos quoque illa ipsa sit translata. Omnium ingratisfimi essemus, si eorum beneficiorum, quae ea aetate in totam Germaniam, in Ecclesiam Protestantium, & in quoduis scientiarum genus sunt collata, & quibus nos adhuc fruimur, memoriam apud nos interire pateremur. Qui pacis religiosae historiam concinnarunt (quorum praecipui sunt *Sleidanus* in Comment. de Statu Relig. & Reipubl. Carolo V. Caesare, *Thuanus* in historia sui temporis, *Vit. Lud. a Seckendorf* in historia Lutheranismi, *Arnoldus* in Hist. Eccles. & Haeret. Pars II. *Saligus* in Hist. Aug. Conf. *Heinsius* in Hist. Eccles. Vet. & N. T. *Melch. Goldastus* in den Reichs-Satzungen Pars I. *Bur. Gotth. Struvius* in Hist. Imperii germ. Prof. *Joh. Erb. Kappens* freudiges Andenken des d. 25. Sept. 1655. gefeierten Religions - Friedens-Jubel-

Jubel-Festes Leipzig 1754. & M. Gottl. Hermanns historische Nachricht von dem auf den 25. Sept. 1755. zweihundert Jahr mächtiglich erhaltenen und höchst verpönten Religions-Frieden) nihil fere aliud egerunt, quam ut, quanta fuerit Dei gratia in nos atque clementia, sat claris confirmarint testimoniis. Ducale hoc Gymnasium, quod hoc festo iubileo digniorem non vidit diem, in exemplum reliquarum Prouinciarum Mecklenburgicarum iam parat augustiora solennia pietati in Summum Numen, & deuotioni ac fidei in SERENISSIMUM PRINCIPEM REGNANTEM, pace ea quoque diuinis sub auspiciis D. 18. April h. a. constituta, nostrae & posterorum felicitati ac saluti optime consulentem aequa.

Ad hanc solennitatem vestra praesentia ornandam publicamque Orationem :

De eo, quod in historia Pacis Religiosae Augustanae est diuinum, Die crastino circa horam X. habendam, beneuole audiendam Vos, utriusque Rei publicae Antistites & Patres omni, qua decet, obseruantia pro muneris ratione inuito, conuocoque. Quo grauius & praestantius est pietatis officium, Deo immortalis debitas persolvere laudes, atque Optimo Principi CHRISTIANO LUDOVICO, Totique Serenissimae Domui Mecklenburgicae quaeuis adprecari felicitatis genera: eo fidentiori vestram frequentiore praesentiam mihi promitto animo.

P. P. Gustrouiae Calendis Octobr. A. R. S. MDCCCLV.



Bb IV 398-4<sup>o</sup>

LBMV Schwerin 33  
004 458 303



1755



cheno, praecipue ut N. T. prelo excusorio multiplicatum in Syriam reportaret, Romam missus. Qui cum neque Romae, neque Venetiis quemquam reperisset, qui arduum hoc opus aggredi vellet: proficiscitur, consilio nonnullorum persuasus ad *WIDMANSTADIUM*, qui exposita Imperatori rei causa, ipsius iussu atque sumptibus N. T. typis nitidissimis imprimi curavit. Inscribitur, „Liber „sacro sancti Euangelii de Jesu Christo, Domino & Deo nostro. Reliqua hoc codice comprehensa pagina proxima indicabit. Div. „*FERDINANDI* Rom. Imperatoris designati iussu & liberalitate, characteribus & lingua Syra Jesu Christo Vernacula diuino ipsius ore „consecrata, & a Joh. Euangelista Hebraica dicta, Scriptorio prelo „diligenter expressa. Principium sapientiae, timor Domini, „ In cae vero integri operis haec legimus. „In urbe Vienna amplissimarum Orientalis Austriae Prouinciarum Metropoli florentissimama ad exitum perductum est diuinum hoc opus anno a Christi natiuitate MDLV. xxvii. Sept. Regiis impensis. *Caspar Craphtus* Elensis, Sueuus, characteres Syros ex Norici ferri acie sculpsit. *Michael Cymbermannus* prelo & operis suis excudebat. „ qui legere cupit, eum remittimus ad *RICH. SIMON* *Brit. des Vers du N. T.* pag. 171. *M. JOH. HENR. LYSII* Dissert. de a lingua Syr. Nachrichten von einer Hallschen Bibliothek I. pag. 91 - 96, & *Andr. Gottl. Maschii Historiam Johannis Alb. ANSTADII Bibliothecae Lubecens. Vol. VI. pag. 53. seqq. inser-*

Quum haec omnium antiquissima versio praeclaros praestet nterioribus studiis; non casu aliquo id factum putamus, sed providentia, qui caelum terramque sapientissime gubernat, tempore, quo de religione res in Germania agebatur, eoque anno, quo pax ac libertas data fuit sanctissimae veritati in co-Augustanis, ac cuius hic annus secularis est secundus, ad quoque illa ipsa sit translata. Omnium ingratisimi essemus, in beneficiorum, quae ea aetate in totam Germaniam, in tam Protestantium, & in quoduis scientiarum genus sunt, & quibus nos adhuc fruimur, memoriam apud nos interteremur. Qui pacis religiosae historiam concinnarunt (quoraecipui sunt *Sleidanus* in Comment. de Statu Relig. & Rei-Carolo V. Caesare, *Thuanus* in historia sui temporis, *Vit. Ludendorff* in historia Lutheranismi, *Arnoldus* in Hist. Eccles. & Pars II. *Saligus* in Hist. Aug. Conf. *Heinsus* in Hist. Eccles. N. T. *Melch. Goldastus* in den Reichs-Satzungen Pars I. *Burstruvius* in Hist. Imperii germ. Prof. *Job. Erb. Kappens* freudigendenden des d. 25. Sept. 1655. gefeierten Religions-Friedens-Jubel-

